



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Religiosa diuersis infirmitatibus per septem menses diuexata, ab eisdem
diuino fauore sanatur, seipsam B. virgini Cheruiensi deuouendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

RELIGIOSA DIVERSIS INFIRMITATIBUS per septem menses diuexata, ab eisdem diuino favore sanatur, seipsam B. Virgini Cheruensi deuouendo.

CAPVT XLV.

ANno eodem quo supra mensis Iunii die postremo monacha Barbara VVaticer religiosa conuersa à Spinaloco prope Montes Hannoniæ se transtulit in ædiculam miraculosam Cheruensem vna cum altera femina sibi familiari, eaque famula prædicti monasterij, vbi pro certo ambæ affirmauerunt dictam sororem Barbaram per septem menses diuexatam fuisse diuersis infirmitatibus, nunc morbo capitis, nunc vomitibus, aliis animi deliquijs, atque alijs doloribus, sapissime diuersimode se habentibus, sic vt Vnctio extema illi fuerit administrata absque vlla spe prosperæ valetudinis. Verumtamen vbi inuocauit auxilia tricenæ manum Virginis matris Dei, pium illi deuouendo obsequium apud Cheruiam, aliquantulum pristinae sanitati restituta est, ac in solidum ab omnium infirmitatum suarum grauamine exempta, peregrinatione sua adimpleta. Vnde veneranda Abbatisa in gratiarum actionem pro recuperata iam sanitate, misit Cheruiam cum dicta sorore religiosas numero tres, quæ procurant

runt missam ante matutinas concertu musi-
co decantari.

QUIDAM A MEDICIS DERELI-
ctus, in integrum restituitur ad Beatam vir-
ginem Cheruiensem conuer-
sus.

CAPVT XLVI.

ADhuc eodem anno, Octobris die 24.
Iacobus Henninensis villicus iuxta
Bauacum à medicis derelictus cum esset abs-
que vlla spe sanitatis ynquam recuperandæ
conuertit pia sua vota & orationes ad B. Vir-
ginem, cuius memoria Cheruiæ recolitur; &
sine mora sanitati restituitur. Vnde in tantu
beneficij gratam memoriam ad suam ædicu-
lam se contulit. vt ingentes illi, referret grati-
as, eidem insuper insignem mappam Damas-
cenam offerens cum velo oratorio, quod
singulis diebus conspicitur in pul-
pito, super quo subdiaco-
ni liber reponi-
tur.

IVED.